

S. D.

Reverenda vir, frater in Chrō plurimum colenda, agnosce humanitatem tuam, quā me tuum hospitem imper complexus es, proq̄ ea tibi gratiam habeo quā possum maximam. Etsi autem aequitas postulabat, ut de referenda gratia potius rogitarem, quā nova beneficia à te peterem; tamen effecit huius fratris praeclara pietas et arctissima necessitudo, quā in Chrō delinisti sumus, ut eum sine meo ad te literis dimittere noluerim, quō in vestram noticiam citius perveniret vestrae benivolentiam reissa experiretur. Habet filium bonae spei adolescentem, pietati et literis conservatum, quem vobis formandum offert, totiq̄ ministerio commendatissimum esse velit. Neq̄ tamen ei propositum est cuiq̄ oneri esse, ut qui possit ipse filium pro sua mediocritate alere, tantum maiorem in modum rogat, ut fratres ad optima quaeq̄ puerum incitare, et si necessitas requirat, pro eo fidem tantisper interponere dignentur, donec ei à parentibus succurratur, quod absq̄ detrimento vobis futurum pater pollicetur et ego cum eodem promitto. Hanc optimi fratris et Christi fidelis ministerii petitionem quā vobis minimè gravem fore persuasum haberem, non potui nec debui ei commendatione deesse, obnixè rogans, ut pro vestra pietate et in me amore meam libertatem aequi boniq̄ consulatis.

Porro, quā Hermannum Lemnicerum ad vos reversum existimemus, potestis, si placeat, ex hoc fratre cognoscere, qualem se hic post sacram communionem praestiterit, et quā sententiam à toto ministerium ceteri, nobis, quos pro aduersarijs habebat, semotis, ob iniuriam suam impietatem tandem tulit. Videtur ei plane accidisse, quod proditori Iudae, qui post acceptam buccellam suam malitiam antea latentem magis magis patefecit.

Ceterum vos nunc in expurgandis Papatis reliquijs animosiores factos non dubito, quā Imp. Comitibus celestis patris beneficio tam comode vobis omnibus reserint. Certè Comites Hassiae hanc occasionem grato animo arripientes, abolitis Antichristi notis, tutos se Chrō suaeq̄ templa gratitudinis ergo manciparunt. Horum exempla si alacriter, quod facitis, imitemini, aderit vobis sua benedictione Dns, et parabit vobis vicinis alijsq̄ exsultibus, si sit opus, tutum gratumq̄ hospitium, vestraeque sempit. aeterna gta et splendore ornabit. Quare quā clarus vobis Dns est, quā preciosa Ecclesia, tanto studio inuambetis, ut ex Dei verbo legitimum ordinem Ecclesiasticum constituatis, et constitutum unanimiti consensu offerretis et tuteamini. Bene vale reverenda frater cum tota tua familia, quā meo verbis peramanter salutare cupio. Salutant mecum mei collega honorandū vestrum ministerium, et singularim D. Perzelium et M. Maronem nepotem tuum. Embdē Novis octob. A° 82.

I. Stindisio.

Mense Altin.

Reverendo viro, pietate  
ac doctrinae praestanti  
M. Marco Menninge  
Superintendenti Bremensi,  
duo ac firi plurimum  
colendo.  
Atheo Communi d. d. 1742  
a. 1742  
Berona